



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 120. Citatur ad Papam & Cardinales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV. publice contestatus, se ad Concilium itur-
A.C. 1414. rum, ut innocentiam suam vindicaret,
 suisque accusatoribus satis faceret, ex-
 hortans eos, ut si quid ei objicere possent,
 secum ad Concilium venirent.

§. CXX.

Citatus ad Papam & Cardinales.

*Vander
 Hardt tom.
 4. p. 21.*

Joannes Hussus, ut supra diximus, ter-
 tia Novembris die Constantiam venit,
 illucque non multo post tempore Stepha-
 nus Paletz Theologiæ Professor Pragen-
 sis, atque in eadem Urbe cujusdam Ec-
 clesiæ Parochus Hussi adversarius pro-
 fectus est, juncto sibi alio Parocho, no-
 mine Michaele de Causis. Uterque Jo-
 anni Hussus acriter obsistebant, parique
 Zelo animati scriptum, quod illius erro-
 res complectebatur, Pontifici & Concilii
 Patribus exhibebant; quo perlecto Jo-
 annes Hussus die post adventum vigesima
 sexta solemniter citatione jubetur, ut coram
 Pontifice & Cardinalibus compareret. Ac-
 cessit Hussus comitante Joanne Clumæo
 amico suo, atque in totius consensu præ-
 sentia, se mori potius, quam alicujus hæ-
 resis convinci velle declaravit, addens,
 se læto animo venisse ad Synodum, &
 protinus, si alicujus erroris convictus es-
 set, illum abjuraturum.

§. CXXI.